

De

# JURE PERSONA- RUM.

*Tit. I. De divisione hominum naturāli.*

*Tit. II. De servis & liberis.*

*Tit. III. De cīvibus & peregrinis.*

*Tit. IV. De patria potestate, adoptione &c.*

*Tit. V. De jure conjugum & de nuptiis.*

*Tit. VI. De tutelis.*

*Tit. VII. De aliis quibusdam divisionibus  
personarum in foro.*

**P**ersona est quod fluit ex statu,  
status vero est veluti morale spatiū,  
in quo homo dedit, & secundum  
quod actiones hominum juridicæ vellaxan-  
tur vel restringuntur. *vid. Pufend. I. N. J.*  
*L. 1. c. 1. §. 6.* Inde quo sunt status tot dantur  
etiam jura personarum, videamus quasdam  
divisiones.

## TIT. I.

*De divisione hominum naturali.*

§. I.

**H**omines sunt vel masculi vel sc̄emina. Il-  
lorum

752 Tit. I. De divisione hominum naturali.

Iorum jura faciunt regulam & quod de iis constitutum & ad fœminas ordinarie extenditur l. 1. l. 116. l. 120. l. 195. de V. S. Ob sexus fragilitatem hæc penes multas gentes curatori subjiciuntur, ab intercesione facta liberantur; jus impune ignorant, mariti imperio subsunt, in judiciis non comparent.

§. 2. Quæ de pœnarum & torturæ propter uteri gestationem dilatione adferunt, juris naturæ sunt, quod quemquam præter crimen & culpam suam lacerare vetat.

§. 3. Distinguuntur homines in natos & nascendos. His jura sua reservant leges in tempus nativitatis, alii autem commodum exinde non sentiunt, nisi eorum incommode simul ad nascendos spectaret vid. Illustr. Wildvogel de jure embryon: Non potest autem dici, quod in pœna tertii de eorum commendo agatur v.c. in pœna abortus.

§. 4. Sunt & diversi ætatum gradus secundum quos diversum jus statuitur. Infantes è suis factis five licitis five illicitis vid. tamen p. 569. §. 6 supr. non obligantur v.l. 5. §. 2. ad L. Aquil. Minores ratione contractuum restituuntur in integrum p. 3. §. 4. de min. vid. tamen authent. Sacra menta puberum supr. tit. fin. l. III. In illicitis damnum resarcint, sed qua pœnam mitius habentur, ceu dictum. Aliud privilegium vid. §. 6. p. 110.

§. 5. Sunt

Tit. II D  
§. 3. Sunt  
divites. Illi excu  
tur in processu ad  
Debetur ipsis, qu  
actum est. Cau  
lentia corporis v  
enim. Hi procu  
ret nolint. Sun  
tensis, vel furio  
nis §. 4.

De se

Servus est, qui  
autem, qui  
duplex, vel en  
tre dominii her  
et cum tali jure  
sor famulus me  
no proprius.

§. 1. Utr  
occurrit, nec tan  
tum cives. Nam  
leverunt vid. Hert

§. 3. Antiqu  
tem subundi per  
tanor nativitas M

§. 5. Sunt quoque vel pauperes, vel  
divites. Illi excusantur à tutela, admittun-  
tur in processu ad juramentum paupertatis.  
Debetur ipsis, quod in testamento DEO re-  
lictum est. Caussæ eorum sunt summariæ.  
Intuitu corporis vel sani sunt, vel valetudi-  
narii. Hi procuratorem tenentur mittere,  
licet nolint. Sunt ratione intellectus vel sanæ  
mentis, vel furiosi, hi æquiparantur perso-  
nis §. 4.

## TIT. II.

*De servis & liberis.*

## §. 1.

S**E**rvus est, qui habet dominum. Liber  
autem, qui caret domino. Servus est  
duplex, vel enim ex contractu servit sine  
jure dominii hero in ipsius corpore quæsito,  
vel cum tali jure in corpore quæsito, ille di-  
citur famulus mercenarius, hic servus, ho-  
mo proprius.

§. 2. Utrumque genus in Germania  
occurrit, nec tantum inter rusticos, sed &  
inter cives. Nam nobiles ministeriales exo-  
leverunt vid. Hert. T. II. p. 181.

§. 3. Antiquissimus modus servitu-  
tem subeundi per ludum desit. Frequent-  
tantur nativitas Mev. von Zustand und Abfolg.  
Bbb der

der Bauren 18. 19. præscriptio, Mev. q. 2. n. 104. matrimonium Idem 263. Pactis autem magis est ut transferri servum, quam acquiri primitus dicamus.

§. 4. Conditio eorum variat, communia fere sunt, libere matrimonia non ineunt Mev. 42. n. 160. Non tamen dissolvuntur sine consensu domini contracta n. 166. d. l. Nec libere contrahunt, vel testantur, quia prædia eorum à nutu domini dependent, & dominus præcipua capit. Schottel de divers. Germ. jur. p. 36.

§. 5. Liberantur à proprietate seu servitute manumissione per litteras Mannrechts. Brieffe vid. Schottel. de divers. German. jur. p. 128. Speciatim rustici ademptione prædii, ejusdem interitu, saevitia nimia domini. Mev. d. l. q. 3. per tot.

### TIT. III.

#### *De civibus & peregrinis.*

##### §. I.

**C**ivis est, qui juris suæ civitatis particeps est. Quot itaque species civitatis, tot etiam sunt species civium. Hinc vel totius imperii, vel territorii vel municipii cives & concives dantur. Schilt. de jur. peregr. §. 12.

§. 2. Hic

Tit. III. De

§. 1. Hic in  
ritatem constituti  
refertur, peregrin  
um dictis tribus &  
civitis communis  
pt. III. §. 10. jus n  
is & munera, i  
munes peregrini eti  
bodie jus albina

§. 7. Ref  
tant ordinationes  
vibus territorii t  
tu successionis  
tractus, telonii  
necessitatibus sati  
diorum.

§. 4. Qu  
in singulis mun  
icipiis inspection  
i. officiales, ac  
privilegiis & com  
iti, nec corund  
i. Striv. Exert. 38.

§. 5. Ad p  
naturaliter, quod  
tis territorii ad pen  
tur, res tamen eor  
um principis exter

§. 2. Hic idem civis, si extra suam civitatem constitutus ad exoricam civitatem refertur, peregrinus dicitur apud nos item dictis tribus modis. Sunt vero jura civitatis communis patria potestas Schilt. Exerc. III. §. 10. jus militiz R. I. 1641 §. 44. honores & munera. Jus testandi autem authent. omnes peregrini etiam exteris indultum. Nec hodie jus albinagii retorquemus in Gallos.

§. 7. Respectu territoriorum variae existant ordinationes & sanctiones, quae de civibus territorii tantum disponunt, cum intuitu successionis legitimæ, onerum juris distractus, telenii, guidagii, libertatis emendi, necessiratis satisdandi, tum indefinitorum, aliorum.

§. 4. Quæ jura itidem variant sepe, in singulis municipiis, quod satis ex statutorum inspectione liquet. Personæ exemptæ v. c. officiales, academici vid. proleg. §. 90. nec privilegiis & commodis municipum fruuntur, nec corundem obligantur interdictis. v. Struv. Exerc. 38. §. 44.

§. 5. Ad peregrinorum jura spectat, naturaliter, quod licet pro usu commoditatis territorii ad pensionem solvendam teneantur, res tamen eorum non subjaceant arbitrio principis exteri. In causis deducendis

utuntur iudicio summario vid. Weichbild artic. 46. 47. Schottel. d. tr. c. 15. p. 362.

## TIT. IV.

## De patria potestate, adoptione &amp;c.

## §. 1.

**T**ertia personarum juris Romani divisio  
Est in sui & alieni juris, sub illis serviet  
qui in patria potestate sunt, comprehen-  
duntur. Est vero patria potestas jus patri  
ad directionem actionum & administratio-  
nem rerum filii competens.

\* *Jure Romano accedebat fictitia unitas inter pa-  
rem & filium, quæ conspiciebatur in contra-  
etibus, testamentaria re, argumentoque proces-  
sus. Sed hodie minimum mediante juramento  
contractus inter patrem & filium valent, modo  
non objectum plane impedimento sit v. c. si pa-  
ter à filio rem propriam stipularetur vid. Manz.  
ad §. 6. J. de inutil. stipul. n. 6. Accedit textus  
Qde. l. 1. art. 10. nam vix alias res, quam in-  
usum equitatus ac belli nobiles isto tempore do-  
nabent, ut frustra esset, qui non commune  
exemplum, sed speciale privilegium ibi contine-  
ri existimaret. Ad rem testamentariam spectat  
substitutione pupillaris, cuius restrictionem hodie  
nam, v. apud Schilt. Ex. XIV. §. 18. seq. potest  
& hodie inter patrem & filium lis esse, si rem  
è patre*

l parte praeflan-  
bonatum, in que  
M. ita de jud. §. 3.  
§. 2. Actione  
dendo, vid. §. 2.  
tiendo, pravos m  
tijus, vers. sed fu  
dicis arbitrio pu  
Carpl. pr. crim. q  
ne modificando  
Brunnem. ad l. f. C  
§. 3. Admini  
dum perfecta z  
remus easdem l  
nem peculiorum  
vili, uti & quasi  
competit. Pro  
advencitum us  
hectat. Nisi si  
Peculium constine  
tinuum vero  
§. de pecul.

§. 4. Sun  
fadium, donata a  
la, res apud filium  
confitat, unde sit,  
universales forman  
cumstantias &c. cu  
pecunia lufralis q

*Tit. IV. De patria potestate.*

759

à patre profectam excipis, intuitu reliquorum bonorum, in quæ filius jus habet, omnium vid. II, M. tit. de jud. §. 33. Brunnem. ad l. 4. de jud.

§. 2. Actiones filii dirigit pater, tutorem dando; vid. §. 2. tit. seq. in nuptias consentiendo, pravos mores castigando vid. Manz. ad §. 12. vers. sed furti t. de oblig. ex del. vel iudicis arbitrio puniendum filium tradendo Carpz. pr. crim. q. 100. n. 35. contractus filii variie modificando vid. Philipp. L II. ad I. Ech. 43. Brunnem. ad l. f. C. de bonis, quælib.

§. 3. Administrat pater res filii, si non dum perfectæ ætatis sit, omnes. Sed separamus easdem secundum receptam partionem peculiorum filii. In castrensi jure civili, uti & quasi castrensi, parenti nil juris competit. Profectitum autem proprietatis, adventitium ususfructus jure ad eundem spectat. Nisi sit adventitium irregulare.

\* Peculum continet bona personæ alieni juris, patrimonium vero bona hominis sui juris. v. l. 5.

§. f. de pecul.

§. 4. Sunt & res controversæ v. c. feudum, donata ab Augusta, pecunia lustralis, res apud filium reperta, de qua non constat, unde sit. Sed de his frustra regulæ universales formantur, respiciendum ad circumstantias &c. cur Augusta donaverit, quæ pecunia lustralis quantitas &c.

Bbb 3

§. 5.

§. 5. Ususfructus paternus singulare continet jure civili v. l. f. C. de usufr. Sed hodie finitur separatione filii à patre, nec dimidium ejus in præmium emancipationis retinetur Carpz. II. 10. Ldr. I. n. imo & matri competit. Richt. dec. 18. n. 28. non obvia. Obviis

§. 6. Occasione peculii profectitii patens convenitur ex contractu filii peculio tenus vid. Dd. ad §. 10. l. de ad. Quod jus conveniendi plus difficultatis quam utilitatis habere, dicit Lauterbach. h.s. m. f. Rationem habet Hahn. ad t. W. de tribut. att. in f.

§. 7. Modi patriam potestatem constitueri sunt nuptia videlicet seq. adoptio, & legitimatio. Adoptio dividitur in adoptionem simplicem, ab ascendentे factam & arrogationem: prior non tribuit patriam potestatem, sed binę posteriores. Totam materiam sterilibus argumentis maxima ejus rarietas jamdiu accensuit.

\* Frequentior est assumptio in alumnū vid. Voet. au J. b. t. de adopt. Neque contrarium evincent multo sudore ab eruditis conquista exempla illustrium v. c. Kulpissi, vel succedentium ex hoc capite v. c. apud scriptores de S. A. J. Neque adoptionem vel usum probat art. 30. l. 2. in Ldr. quod vel è latino textupatet.

§. 8. Quod si tamen quis in honorem

em fore antiquitatē  
templa sunt apud  
in solitum orbitati  
e certe non plus ju  
stā, quam alias ipsi  
oni subiacet. An

stare facienda, ne  
s territorialis not

§. 9. Legit  
z, vel monasteria  
nium. Obviis  
imonium. Et e  
principis, illa conf  
jus primogenitū  
utem ex tenore  
kan ex petitione  
timati. Potest  
objeto extender  
legislatoria potest  
voluntaria jurisdi  
netur vid. DN.

§. 10. Toll

separata econon

Unde dignitas, pe

ct. Emancipatio

Kathiad, dejur p

menia nunquam r

de emancip. iac. gen

rem forte antiquitatis, vel ex mera astutia, exempla sunt apud Ærod. R. I. L. II. t. 6. vel in solatium orbitatis adoptet, sua adoptio-  
ne certe non plus juris in adoptatum transfe-  
ret, quam alias ipsius dispositioni & aliena-  
tioni subjacet. An arrogatio coram Impe-  
ratore facienda, nemo, cui paululum superio-  
tas territorialis nota, quæret.

§. 9. Legitimatio per oblationem au-  
læ, vel monasterio facta est suave Dd. so-  
nnium. Obtinet alia per subsequens ma-  
trimonium. Et ea, quæ fit per rescriptum  
principis, illa consequimur omnia jura, etiam  
jus primogenituræ Strauch. diff. IV. §. 9. Hæc  
autem ex tenore diplomatis æstimanda est,  
& an ex petitione parentis facta, an ex le-  
gitimati. Poteſt eam princeps in effectu &  
objeto extendere, quoisque patet ipsius  
legislatoria potestas: imo, quia est actus  
voluntariæ jurisdictionis, territorio non con-  
tinetur vid. DN. Thomas. ad Strauch. d. l. §.  
3. & quos allegat §. 11.

§. 10. Tollitur patria potestas morte  
& separata œconomia.

\* Unde dignitas, peculiaris solvendi modus non  
est. Emancipationem autem, de qua vid.  
Kerkraad. de jur. patr. p. 166. §. 13. mores Ger-  
mania nunquam receperunt vid DN. Thomas.  
de emancip. tac. germ. Quamvis quidam Ger-  
mans

Si mani isthac, tanquam re licita, usi sint. Tandem levem morte civili hodiendum & in paenam, quod aperte evincere formula restitutionis apud Schilt. Exerc. III. §. 10. Non tamen captivitate per dicta supr. l. it. t. u. §. 7. p. 227.

§. II. Correlatum patriæ potestatis est jus filiationis. Filius enim ad alimenta agere potest, etiam civili jure. Adultus & suæ aetatis patrem judiciali auctoritate cogit, ut bona non saltē materna, sed alia, quæ usque huc in mera proprietate habuit, ei tradat, eumve dimittat vid. II. M. b. r. de his qui sūi. & Voet. ad tit. qu. m. jus patr. pot. toll. Jus vero hoc legitimo ex matrimonio præsumitur, nec regulariter probandum. Quod secus est, si naturalem tantum quis se filium dicat, quomodo autem naturalis filiatio probanda vid. Surd. de alim. decis. 83.

## TIT. V.

## De jure conjugum &amp; de nuptiis.

## S. I.

Conjuges sunt per nuptias, has præcedunt sponsalia. Quæ vel de præsenti, ubi matrimonium, vel in futurum, ubi sponsalia promittuntur. Vel conditionalia, in diem & pura. Vel publica, quæ scientibus paren-

tit. V. De  
paenibus, & cora-  
na, quæ his invitis  
valent.

§. 2. Sponfi-  
nisti & quidem ta-  
perpetua cohabita-  
impedit vel re-  
vel recidunt spu-  
occultus morbus

§. 3. Por-  
turi, non omnime-  
r. multa non  
eundum ad præ-  
partis innocentia-  
famationem.

§. 4. Un-  
di rescissionem,  
haber, vel quia  
per obtineri po-  
line indemnificati-  
perter solutionem  
tione paenæ con-

§. 5. Adje-  
tatio & scandi-  
privata authorita-  
paciis regulariter  
vid. Jurispr. consi-  
ab illustr. Strykio  
ex. fid. send. app

parentibus, & coram testibus, vel clandestina, quæ his invitatis & absentibus ineuntur nec valent.

§. 2. Sponsalia sunt species pacti honesti & quidem talismodi ubi factum sive perpetua cohabitatio promittitur. Inde quæ impediunt vel rescindunt pacta, impediunt vel rescindunt sponsalia. *v. c.* metus, dolus, occultus morbus, defectus serii consensus.

§. 3. Porro quia ad factum ordinantur, non omnimoda coactio adhibenda, sed *v. c.* mulcta non sufficiens vel carcere, redendum ad præstationem ejus, quod interest partis innocentis propter contemnum & diffamationem.

§. 4. Unde vides geminam deprehendi rescisionem, vel quia recedens causam habet, vel quia non habet. Utraque semper obtineri potest. Verum illa gratis & sine indemnisatione. Hæc non gratis, sed præter solutionem ejus, quod interest, inductione pœnæ consistorialis.

§. 5. Adjecit tamen publica honestatis ratio & scandali avertendi cura, ut neutra privata autoritate suscipiatur, quod in aliis pactis regulariter secus. *Carpzov. II. d. 173.* 175. *Jurispr. consit.* Merito autem rejicitur ab Illustri Strykio \* commune commentum *ex c. f. de cond. appos.* quæd impossibilis & tur-

pis conditio ordinarie habeatur pro non adjecta propter §. 2. præc.

\* In tract. de dissens. sponsal. ex quo & præcedentia defendemus.

§. 6. Natura sponsalium exigit, ut propter finem societatis, quæ intenditur personæ sint habiles ad generandum. Hinc re-jiciuntur impuberes Nov. 100. c. 2. Carpz. II. 174. Impotentes, eunuchi, conf. Simon. de impot. conj. & tract. vulg. de matrim. eunuch. De gradibus alibi quia non hujus fori.

§. 7. Consensus requiritur parentum, sufficit tamen patris Carpzov. d. l. 44. De rationibus quoque dissensus cognoscit consistorium. Sine consensu autem, si concubitus accessit, non rescinduntur, est enim tunc verum naturale matrimonium. Add. Struv. Jurispr. I. 6. 4. Multo magis si benedictio sacerdotalis secuta. vid. DN. Thomas. integr. dissert. de valid. conj. invit. par. contr. Historiam fere omnis in hac parte legislationis recenset Schilt III. 12. Regulam universalem plane formare nollem propter not. l. d. Schilt. ibid.

§. 8. Nuptiæ sunt repetitio consensus sponsalitii coram ministro ecclesiæ denuo facta, inchoata simul mutua receptione conjugum ad perpetuo coabitandum.

§. 9. Status ex nuptiis resultans dicuntur

Ta. V. De  
matrimonium.  
effectus. Mari  
condi actiones uxo  
li. nupt. i. 6. § 44.  
a potestate parent  
fus jure Saxonice  
antalis &c. l. 45.  
bler. P. I. decif. 66.  
§. 10. Mari  
id. 2. de injur. VI.  
bar. §. 7. alit, cu  
libidinum sepe lit.

§. 11. Uxo  
pt. forum ejus sa  
dignitatem Colen  
norte ipsius ami  
j. Sed vid. addit  
li defunctum li  
ll. art. 45. de sac

§. 12. Jure  
italia, quæ expr  
matrimonii ferend  
spicium traduntur  
plenaria seu pra  
le recepit dicuntur  
ministratio reliqu  
ie vid. Huber. iii. 6

§. 13. Doten  
ter, nisi sita locupl

tur matrimonium. Sunt hujus variis omnino effectus. Maritus consequitur jus diri-gendi actiones uxoris vid. Hochm. de Bene-dict. nupt. c. 6. § 44. Jure Civili tamen manet in potestate parentis elocata filia. Quod secus jure Saxonico , ubi succedit potestas maritalis Ldr. I. 45. quæ tutela dicitur. vid. Coler. P. I. decis. 66. per tot.

§. 10. Maritus uxorem defendit jure vid. l. 2. de injur. VI. v. Vi Huber. d. L. Cornel. de Sicar. §. 7. alit, curat l. 22. §. solvit. mair. in subsidium sepelit. l. 28. de relig.

§. 11. Uxor marito acquirit Ldr. I. art. 31. forum ejus sequitur. Richt. dec. 9. n. 4. & dignitatem Coler. dec. 60. n. 78. quam itamen morte ipsius amittit secundum Ldr. L. I. art. 45. Sed vid. addit. ad Coler. decis. 65. Jure Ci-vili defunctum luget, de Jure Saxonico est L. III. art. 45. de successione vid. p. 313. suprat. 19.

§. 12. Jure Civili habet triplicia bona dotalia, quæ expressa conventione ad onera matrimonii ferenda marito in utilis dominii speciem traduntur l. 13. §. 2. de fund. tot. paraphe-nalia seu præter dotalia, quæ ex his ad se recepit dicuntur receptitia, quæ mariti ad-ministratiōni reliquit, paraphernalia in spe-cie vid. Huber tit. de jur. dot. n. 14 seq.

§. §. Dotem necessario constituit pa-ter, nisi filia locuples vid. Wissenbach. d. r. §. 2. Sed

§. 13. Sed hodie etiam mater, vid. Covarruv.  
var. resol. L. III. t. 19. n. 3. Quam si in immobiliis  
bus consistit, maritus demum consentiente,  
uxore alienat, vid. Hopp. adit. I. quib. aliena-  
lic. Acquirit tamen omnes fructus, non au-  
tem alias accessiones v. l. 7. per tot. solut. matr.

§. 14. Hodie magnam mutationem  
hac bonorum distinctio accepit per commu-  
nionem vel bonorum omnium inter conju-  
ges, vel sane redditus & acquiescens vid. Hu-  
ber. d. l. n. 17. vel, quod etiam soli marito  
usufructus omnium bonorum uxoris com-  
petat, uti in Saxonia Coler. decif. 18. vel, quod  
quicquid constante matrimonio acquiritur  
mariti industria acquisitum intelligatur. vid.  
dec. 41. n. 14. ejusd.

§. 15. Unde & illud sequitur quod ho-  
die multis in locis dos sine conventione sola  
illatione constituatur. Schilt. 36. §. 80.

§. 16. Habebat jure civili uxor ratio-  
ne dotis hypothecam in bonis mariti cum  
jure prælationis, simplicem autem ratione  
paraphernalium, nullam plane intuitu re-  
ceptitiorum. Sed & de hypotheca hodie  
caute pronunciandum erit, ubi bona con-  
jugum non amplius distincta, ibi nec ulla  
hypotheca, ubi bona uxorij ejusdem gene-  
ris, ibi & hypotheca non diversa erit. vid.  
Coler. dec. 67. Schilt. Exerc. 36. §. 77. Lux ta-  
men

tit. V. De

penab usu in re ade-  
dit.

§. 17. Impen-  
ditatem factas, i-

llatione consequitu-  
r. §. f. l. 7. ff. de im-  
pendet iudicem è

clam dotem, quaz

attiruendas vult  
impens. dot.

§. 18. Reci-

tionem propter nu-  
securitatem dotis

doti avth. equal. C

hujus domina P

l. 2. l. f. C. de don.

torgengabam &

odie manent vi-

atis juris German

ianus adferere

§. 86.

§. 19. Fini-

tunda ei, qui re-

Sit nemo stipula-

venitiam vel ipsa-

nomine. l. 35. ff. soli

Profectura autem

Iia sui juris Voët. §

venitiam petunt

men ab usu in re adeo confusa s̄xpe petenda erit.

§. 17. Impensas magnas in perpetuam utilitatem factas, vel retentione, vel condicione consequitur jure communi maritus, 7.5. §. f. l. 7. ff. de impens. in dot. Hodiē res dependet itidem ē diversitate morum circa ipsam dotem, quæ vel communes facit, vel restituendas vult v. Huber. §. f. præl. ad t. de impens. dot.

§. 18. Recipit uxor jure civili donationem propter nuptias vicissim à marito in securitatem dotis, quæ æqualis esse debet doti artib. equal. C. de pact. convient. Uxor est hujus domina Philipp. Ecclog. 39. ad d. l. L. II. n. 2 l. f. C. de don. ant. nupt. Nam dotalitium, morgengabam & alia, quæ viduas nobiles hodie manent vid. Coler dec. 60. reliquias veteris juris Germanici dotalis, quo dotem uxori maritus adferebat, vult esse Schilt. d. l. §. 73. & 86.

§. 19. Finito matrimonio. Dos restituenda ei, qui restitutionem stipulatus est, Sin nemo stipulatus & uxor superstes, adventitiā vel ipsa filia petit, vel parentis ejus nomine. l. 35. ff. solut. matr. Ulp. fragm. t. 6. §. 6. Profectitia autem revertitur ad patrem, ni filia sui juris Voët. §. 5. d. t. Uxore mortua adventitiā petunt ipsius hæredes l. un. §. illo prout.

prout. §. accedit C. de R. II. A. Profectitia reddit ad patrem, vel itidem manet penes uxoris heredes, si scilicet emancipata erat.

§. 20. Hodie uxor superstes, ni pacto aliud provisum, indistincte dotem repetit, non tantum auctioñe, sed etiam retentione, dum rebus sive allodialibus sive feudalibus à marito relictis incumbit, donec ipsi satisfiat. Carpz. II 25. 8. seqq. nec enim amplius est in potestate patris vidua. vid. §. 10. supr.

§. 21. Auctuarium dotis verò i.e. lucra statutaria non petit, si culpa ipsius vel malitia matrimonium finitum. Neque si innocens, statim illud exigit, sed expectanda est mors nocentis mariti, propter rationes, quas habet Voët. d. l. §. 23. quem & qua alias huc spectantes quæstiones confer.

§. 22. In locis ubi societas, vel bonorum, vel acquæstus inter conjuges deciduntur quæstiones de repetitione illati è doctrina societatis. Scilicet lucrum percipit uterque conjux & damnum fertur ab utroque. Utriusque est debita durante matrimonio contracta solvere. Fit initio descriptio inventarii rerum collatarum, & finito coniugio cuiuslibet sors repetitur. vid. erudit. Huber. præl. adff. tit. profocio.

§. 23. Multis in provinciis defuncta uxore dotem retinet maritus Welenbec. ad tit.

*tit. solut. matr. n. 4. 6. ibique Hahn. Speciatim in Saxonia maritus est heres mobiliaris, uti jam alibi dictum vid. Coler. part. 1. decis 57. per tot.*

§. 25. Donationem propter nuptias uxor jure communi, restituit, si dos salva L. 18. C. de donat. ante nuprias. Hartm. Pistor. L. 1. quest. 14. Si vero dos à marito consumta, uxor hanc donationem retinet. Scheidewin. ad §. est & aliud l. de donat.

§. 26. Praxi dotalium finitur uxoris morte & demum post mortem mariti incipit. Repetitionem dotis, et si alternative cum eodem donatio propter nuptias contracta, ejus exactio[n]em absorbet. Morgengabā & alia largitiones indistincte ad heredes transmittuntur, in dubio h[ec] omnia magis sunt estimanda ē iure Germanico vid. omnino Schilt. de Exercit. 36. §. 36. sequ.

§. 27. Inter conjuges non illustres, mansit quidem civilis propter nuptias donatio, sed sine necessaria æqualitate & plerisque statutis uxor eam hæreditarie lucratur, vid. Wesenbec. Voet. d. 1. & limita dicta sicuti in dote factum §. 23.

\* Reliqua jura conjugum binc inde inspersimus v. tit. de donat. fidejus. furt. success. &c.

§. 28. Conjugatis opponuntur cælibes die Hagestolkz/ quorum bona post mortem alii cubi

cubi fisco addicuntur, vid. Schottel. *de div. iur.*  
germ. von Rechte der Hagestolzen.

## TIT. XVII.

## De Tutela &amp; Cura.

§. 1.

**E**x his qui sui juris peculiarem considerationem merentur, qui sub tutela, vel cura vivunt. Tutela licet potissimum consistat in officio personam & res pupilli tuendi, habet tamen & jura quædam tutor.

§. 2. Est virile munus, hinc excluduntur fœminæ, exceptis matre & avia *Ldr. l. l. art. 23.* Modo mater sit majorenris, renunciet secundis nuptiis Carpzov. *H. II. 14.* Tunc omnibus præfertur, solis exceptis, quos pater testamento dedit *vid. DN. Thomas. ad Straub. V. 16. pag. 48.* Hinc & avus ei postponitur, *v. Brunnem. ad avthent. matri. C. quand. mul. off. tut.* Avia cum avo simul admittitur Thom. *d. l. adjungitur tamen tutor fœminis unus è proxime agnatis Carpzov. d. l. d. u.*

§. 3. Ex fine quoque constat, quod, in quo vel periculum dissipationis bonorum vel corruptio morum pupilli timetur, vel qui licet ingenui animi sit, potis tamen non est, res & personam pupilli dirigendi, ad tutelam non

tit. VII.  
ton est, res & pe  
ad tutelam non addi  
tu. iii. periot. Debti  
tantur debitum cr  
colunt. Ritterhuf  
de praxi Carpz. pa  
ante inimici, jo  
khor. part. L. V. 20

§. 4. Con  
sequi non dum im  
fremella.) qui j  
em habenti tutor  
curat. L. cum jure  
nen patre filio dat  
licuti & tutorie i  
npedimento, ali  
vid. Colet. deuij

§. 5. Tute  
lum, \*\* legitima  
ficies est testame  
nto filios famili  
rium magistratu  
m, & omnib  
dest. teft. Rittersh  
v. Singularia pl  
id. 3. it. de tut. §. 3.

\* Ei. Tutela natur  
morum exorior, m

nōn est, res & personam pupilli dirigendi, ad tutelam non admittitur. *vid. Manz. de Tut. qu. iii. per iot.* Debitor & creditor, licet proficentur debitum creditum vñe tutores esse non possunt. *Ritterhus. p. IIX. ad Nov. c. 3.* Sed *vid. de praxi Carpz. part. II. c. n. d. 19.* rejiciuntur certe inimici, judæi, socii bonorum. *vid. Schröt. part. I. V. 26. von Vermundschafft.*

§. 4. Constituitur tutor pupillo (i.e. ei, qui non dum implevit annum XIV. vel XII. si fœmella.) qui jam non habet, nam tamen habenti tutor non datur §. interdum *j. d. Curat. L. cum jure L.* qui pet. tut. Volente tamen patre filio datur tutor in bonis maternis. Sicuti & tutore impedito maxime perpetuo impedimento, alius ab eodem tutor peti potest *vid. Colet. decis. 226.*

§. 5. Tutelæ \* divisio est in testamentariam, \*\* legitimam & dativam, primaria species est testamentaria, nam si à patre in testamento filiofamilias tutor datur, citra ullum actum magistratus accedentem administrat tutelam, & omnibus præfertur, *v. L. l. ii. in f. de tut. test.* *Rittershus. ad LL. XII. Tabb. class. 3. c. n.* Singularia plura *vid.* apud Huber. *præl. ad f. tit. de tut. §. 3.* ibique DN. Thomas.

\* *Est & tutela naturalis, quam habent pater post mortem uxoris, mater post mariti fata, & manus*

ritus jure Germanico in thori sociam vid. Schilt. 37. §. 42.

\*\* An hac distinctio jure Germanico nota? Affirmat Glossa ad art. 23. Ldr. L. 1. & ad Weichbild. art. 26. verum & capitularium & juris Saxonici textu destituimur & ignorantia testamtorum contrariatur.

§. 6. Practice testamentaria tutela nec testamentum requirit, sed quacunque rogatione \* perficitur v. l. 1. §. 1. de confin. tut. & à quocunque cuicunque tutor ultima voluntate relinquitur, modo pupillum in eadem honoraverit moribundus. Montan. de tut. c. 8. Voet. ad tit. de test. tut. §. f. Schröter. d. l. q. 5. num. 9.

\* Atque hoc sensu testamentarios tutores nec apud nostros maiores cessasse puto vid. gl. d.l. Weichb.

§. 7. Legitimii tutores sunt ii, ad quos lex devolvit successionalis commodum, cognati agnati L. 6. d. legib. tut. Montan. d. l. c. 13. jus Saxonum præfert agnatos cognatis Ldr. l. art. 23. jure civili proximi plures simul admittuntur avthent. sicut hereditas C. de legit. tut. Jure Sanonico Senior eligitur d. art. Coler. decis. 6. de praxi vid. Schröter d. l. qu. II. n. 8. ubi plurium provinciarum ordinationes.

§. 8. Dativa tutela locum habet si vel semel exstitit testamentaria vid. DN. Thomaf.

Tit. VII. L

rat. ad Strach. pag.

datus &amp; intestatus

plene consanguinei

si affiot, Schröter

magistratu ordinarii

em, idem pag. 135

Schilt. d.l. §. 65. f.

Gutierrez de tut.

§. 9. Respi-

inem recensitum

ver &amp; cognationis

doneitas tamen me-

schröt. pag. 181. n. 12

§. 10. Ne

acumbit iis, qui

ant, tutores

mittendi juris ha-

ccept. II. t. n. d.

ultima voluntate

l. p. C. cod. iii. Auc-

tionem restitu-

t. d. t.

§. 11. Imo a-

cum spectat pupil-

lohabitat vid. L

III. decif. 148. tut.

u. 30. Schröter d.

que cognatorum

origine d. l. nn. C.

mas. ad Strauch. pag. 43. & seq. Ne testator testatus & intestatus simul decedat. Vel si plane consanguinei non adsint, vel non idonei adsint, Schröter d. l. pag. 132. Dantur a magistratu ordinario, qui habet jurisdictionem, idem pag. 135. Etiam inferior sufficit, Schilter. d. l. §. 65. si tutor ei subjectus vid. tamen Gutierrez de tut. Part. I. cap. 2. f.

